Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ex Israele prodijt
Canis pater reverendus.
Cui filius: spes unica
Ex corde toto amatus.
Huic unicum iungit ducem,
Cum maximo dolore.
Cuocunq. vellet filium
Vt duceret locorum
His ductor ergo filio
Verbis amicus inquit:
Adesto, ducam te locis
In omnibus sequentes,
Ad montis excelsissimum
Altissimi culmen.
Vt omnibus scientijs
Eductus imbuaris.
Vt magnitudinem maris
Mundij metiaris.
Et inde magno commodo
Abinde redeas.
Ad summa nam te proveham
Soles et astra coeli.
Verbis ducis natus suij
Vt parvit monentis,

Ad alta laudis sidera
Thronum Dei spectat.
Cui splendidus, qui lucidus,
Captum supra refulget.
Sic ergo visis omnibus
Memor sui parentis;
Misertus huius lachrymas
Ad hunc cupit reverti.